

INTROIT: Psalm 118: 95-96

Me exspectavérunt peccatóres, ut pérderent me: testimónia tua, Dómine, intelléxi: omnis consummationis vidi finem: latum mandátum tuum nimis. (Ps. 118: 1) Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. v. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Me exspectavérunt peccatóres, ut pérderent me: testimónia tua, Dómine, intelléxi: omnis consummationis vidi finem: latum mandátum tuum nimis.

COLLECT

Beátæ Mariæ Magdalénæ, quæsumus, Dómine, suffrágiis adjuvémur: cujus précibus exorátus, quatríduánum fratrem Lázarus vivum ab ínferis resuscitásti: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Canticles 3: 2-5; 8, 6, 7

Léctio líbri Sapiéntiæ. Surgam, et circúibo civitatem: per vicos et platéas quæsiivi illum, et non invéni. Invenérunt me vígiles, qui custódiunt civitatem. Num quem díligit ánima mea, vidístis? Páululum cum per transíssem eos, invéni quem díligit ánima mea: ténui eum, nec dimittam, donec introdúcám illum in domum matris meæ, et in cubículum genítricis meæ. Adjúro vos, fíliæ Jerúsalem, per cápreas, cervósque campórum, ne suscitétis, neque vigiláre faciátis diléctam, donec ipsa velit. Pone me ut signáculum super cor tuum, ut signáculum super bráchium tuum: quia fortis est ut mors diléctio dura sicut inférnus æmulátio: lámpades ejus, lámpades ignis, atque flammárum. Aquæ multæ non potuérunt exstínguere caritátem, nec flúmína óbruent illum: si séderit homo omnem substántiam domus sum pro dílectiône, quasi nihil despíciat eam.

GRADUAL: Psalm 44: 8

Dilexísti justítiam, et odísti iniquitátem. V. Proptérea unxit Te Deus, Deus Tuus, óleo lætítiæ. Allelúja, allelúja. V. (Ps. 44, 5) Spécie tua, et pulchritúdine tua inténde, prospere procéde et regna. Allelúja.

GOSPEL: Luke 7: 36-50

In illo témpore: Rogábat Jesum quidam de pharisæis, ut manducáret cum illo. Et ingræssus domum pharisæi, discúbuit. Et ecce múlier, quæ erat in civitáte peccátrix, ut cognóvisti quod acubáisset in domo pharisæi, áttulit alabástrum omenti: et stans retro secus pedes ejus, lácrymis coepit rigáre pedes ejus, et capillis cápitis sui tergébat, et osculabátur pedes ejus et unguénto ungebát. Videns autem pharisæus, qui vocáverat eum, ait intra se, dicens: Hic si esset prophéta, sciret útique, quæ et qualis est múlier, quæ tangit eum: quia peccátrix est. Et respóndens Jesus, dixit ad illum: "Simon, hábeo tibi aliquid dícere. At ille ait: Magíster, die. "Duo debitóres erant cuidam foeneratóri: unus debebat denários quingéntos, et álius quinquagínta. Non habéntibus illis unde rédderent, donávit utrísque. Quis ergo eum plus díligit?" Respóndens Simon, Dixit: Æstimo quia is, cui plus donávit. At ille dixit ei: "Recte judicásti." Et convérsus ad mulíerem, dixit Simóni: "Vides hanc mulíerem? Intrávi in domum tuam, aquam pédibus Meis non dedísti: hæc autem lácrymis rigávit pedes Meos, et capillis suis tersit. Osculum Mihi non dedísti: hæc autem, ex quo intrávit, non cessávit osculári pedes Meos. Oleo caput Meum non unxísti: hæc autem unguénto unxit pedes Meos. Propter quod dico tibi: Remittúntur ei peccáta multa, quóniam diléxit multum. Cui autem minus dimíttitur, minus díligit." Dixit autem ad illam: "Remittúntur tibi peccáta." Et coepérunt, qui simul accumbébant dícere intra se: "Quis est hic, qui étiam peccáta dimíttit?" Dixit autem ad mulíerem: "Fides tua te salvam fecit: vade in pace."

OFFERTORY: Psalm 44: 10

Filiæ regum in honóre tuo: ádstitit regina a dextris tuia in vestítu deauráto, circúmdata varietáte.

SECRET

Múnera nostra, quæsumus, Dómine, beátæ Mariæ Magdalénæ gloriósa mérita tibi reddant accépta: cujus oblatiόνis obséquium unigénitus Fílius tuus cleménter suscepit impénsum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

COMMUNION: Ps. 118: 121

Feci judícium et justítiam, Dómine, non calumniéntur mihi supérbi: ad ómnia mandáta tua dirigébar, omnem viam iniquitátis ódio hábui.

POSTCOMMUNION

Sumpto, quæsumus, Dómine, único ac salutári remédio, córpore et sanguíne tuo pretiósó: ab ómnibus malis, sanctæ Mariæ Magdalénæ patrocíniis, eruámur: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

The wicked have waited for me to destroy me; I have understood Thy testimonies, O Lord: I have seen an end of all perfection: Thy commandment is exceedingly broad. (Ps. 118: 1) Blessed are the undefiled in the way: who walk in the law of the Lord. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, without end, Amen. The wicked have waited for me to destroy me; I have understood Thy testimonies, O Lord: I have seen an end of all perfection: Thy commandment is exceedingly broad.

May we be assisted, O Lord, we beseech Thee, by the intercession of blessed Mary Magdalen for whom, moved by her prayers, Thou didst bring back her brother Lazarus, then dead for four days, alive from the grave. Who liveth and reigneth with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Lesson from the book of Wisdom. I will rise and will go about the city: in the streets and the broad ways I will seek Him Whom my soul loveth: I sought Him, and I found Him not. The watchmen who keep the city found me. Have you seen Him Whom my soul loveth? When I had a little passed by them, I found Him Whom my soul loveth; I held Him, and I will not let Him go till I bring Him into my mother's house, and into the chamber of her that bore me. I adjure you, O daughters of Jerusalem, by the roes and harts of the fields, that you stir not up, nor wake my beloved till she please. Put me as a seal upon Thy heart, as a seal upon Thy arm; for love is strong as death, jealousy is hard as hell; the lamps thereof are lamps of fire and flames. Many waters cannot quench charity, neither can the floods drown it; if a man shall give all the substance of his house for love, he shall despise it as nothing.

Thou hast loved justice and hated iniquity. V. Therefore, God, thy God, hath anointed thee with the oil of gladness. Alleluia, alleluia. V. (Ps. 44, 5) With thy comeliness and thy beauty, set out, proceed prosperously, and reign. Alleluia.

At that time, one of the Pharisees desired Jesus to eat with him; and He went into the house of the pharisee, and sat down to meat. And behold a woman that was in the city, a sinner, when she knew that He sat at meat in the pharisee's house, brought an alabaster box of ointment; and standing behind at His feet, she began to wash His feet with tears, and wiped them with the hairs of her head, and kissed his feet, and anointed them with the ointment. And the pharisee, who had invited Him, seeing it, spoke within himself, saying, This man, if he were a prophet, would know surely who and what manner of woman this is that toucheth Him, that she is a sinner. And Jesus answering, said to him, Simon, I have somewhat to say to thee: but he said, Master, say it. A certain creditor had two debtors, the one owed five hundred pence, and the other fifty. And whereas they had not wherewith to pay, he forgave them both. Which therefore of the two loveth him most? Simon answering, said, I suppose that he to whom he forgave most. And He said to him, Thou hast judged rightly. And turning to the woman, He said unto Simon, Dost thou see this woman? I entered into thy house: thou gavest me no water for My feet; but she washed My feet with tears, and with her hairs hath wiped them. Thou gavest me no kiss; but she, since she came in, hath not ceased to kiss my feet. My head with oil thou didst not anoint; but she with ointment hath anointed My feet. Wherefore I say to thee, Many sins are forgiven her, because she hath loved much: but to whom less is forgiven, he loveth less. And He said to her, Thy sins are forgiven thee. And they that sat at meat with Him began to say within themselves, Who is this that forgiveth sins also? And He said to the woman, Thy faith has made thee safe; go in peace.

The daughters of kings in thy glory: the queen stood on thy right hand in gilded clothing, surrounded with variety.

May the glorious merits of blessed Mary Magdalen, we beseech Thee, O Lord, render our gifts acceptable to Thee, as Thine only-begotten Son mercifully received the homage of the offering which she presented. Who with Thee livest and reignest, in the unity of the Holy Ghost, God, world without end.

I have done judgment and justice, O Lord, let not the proud calumniate me; I was directed to all Thy commandments: I have hated all wicked ways.

Having received the sole remedy of salvation, Thy body and precious blood, O Lord, we beseech Thee, that, by the intercession of St. Mary Magdalen, we may be delivered from all evils. Who liveth and reigneth with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.